

charitate aut non habuero nihil sum. Ex qua auctoritate
testatis patet. quod donum prophetie haberi non potest sine cha-
ritate. Ideo dicendum est ad questionem negativam. quod non
solum amicis dei profertur donum prophetie. Cuius ratio est.
quia donum prophetie predestinat alicui ad utilitatem ecclesie co-
muniter: et non ad utilitatem ipsius persone cui datur. Item illud
I. Cor. xij. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utili-
tatem. scilicet ecclesie ad honorem dei. quod habeat etiam testimo-
nium a malis aliquando. Et ideo legimus multos malos
prophetaisse. Unde notandum licet prophetia compatitur secum
maliciam morum. non tamen indifferenter admittit mali-
ciam viciorum. Quia enim prophetia est quedam spiritualis per-
cognitio futurorum ad quam requiritur eleuatio mentis per
contemplationem. Ideo prophetie vel spirituali cognitioni re-
pugnat et perturbantur vicia carnalia que habent vehe-
mentes passionem et occupationes terrenas. similiter que
mentis eleuationem impediunt prophetie repugnant. ut
dicit Wolcot lectione. ciiij. Ex his patet quod prophetie secre-
ta etiam reuelant malis et inimicis. sed cum dicebatur quod
solum sunt reuelanda amicis. Dicit Wolcot quod secreta
non sunt reuelando propter se. sed propter utilitatem amico-
rum maxime ubi noticia non potest inimico ut indigeat
occultatione sed publicatione. Tunc enim ad honorem
domini est cum secretum illud quod est proprium inimico per inimicum
potius divulgatur. Quando autem dicitur Jobis. xv. quod
ideo discipulos suos Christus dixit amicos. quia omnia nota
fecit eis. Exponit Gregorius quod noticia illa quam eis notifica-
uit: fuit noticia cum amore. Talis autem prophetia non omni-
bus communicatur. Item ad quartum est notandum ubi
ponitur consiliati approbatio cum dicitur. Ab illo ergo die
et cetera. Approbat ergo pharisei et scribe consiliatum Cayphe
et iniam iniustam contra Christum tulerunt. Primo igitur iniu-
sta eorum intentio fuit. quod ex inuidia. puta. quia Matth.
xxvij. Sciebat autem pilatus quod per inuidiam tradidissent eum
contra illud. xj. q. iij. c. opus. ubi dicitur. Iudeus non debet
iudicare preterea vel etiam nec odio vel inuidia vel favore
Secundo iniusta fuit ex causa. quia nullam habuerunt
causam quod eum ad mortem sententiauerunt. testante Pilato
qui ait Luc. xxij. Ecce ego enim coram vobis interrogans
nullam causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum
accusatis. Sed neque Herodes. Ideo dicitur de regno. iu-
ris lib. vj. c. sine culpa. Nisi subsit causa non est aliquis puni-
endus. Vbi dicitur glossa. Vbi non est delictum ibi non de-
bet quod puniri nisi quidam causa rationalis subest. Et
quia Christus nullum delictum fecit. j. Pet. ij. Qui pacca-
tum non fecit. Ideo puniri non debuit. Quia ubi non repi-
tur culpa ibi non debet imponi pena. Tercio fuit iniu-
sta ex ordine. quia ordo iuris exigit. ut iudex contra rem
aduocet testes veraces et non falsos. Qui enim prouincit:
necesse est quod ipse de crimine confiteatur. quia dicitur extra
de accus. li. vj. Si legitimus non fuerit accusator: non fati-
getur accusatus. Sed secundum glossam. repellatur accusator: id est
absoluat reus de obseruatione iudicii. vj. q. vlti. c. vltio.
Sed quia nullum habuerunt veracem testem contra Christum
licet adessent falsi quorum testimonium erat inconueniens
Matth. xiiij. Ideo Pilatus debuisset ipsum absoluisse
et non ad mortem per sententiam condemnasse. Ideo dicitur de
sen. et re iudi. lib. vj. Cum eterni tribunal iudicis illum
reum non habeat quem iniuste iudex condemnat. teste pro-
pheta. nec damnabit eum cum iudicabit illi. Cauent ec-
clesiastici iudices et prudenter attendant ut in causarum
processibus nihil vendicat odium vel fauor usurpet. ti-
mor erulet. Premium autem expectatio premij iusticiam non
euertat. sed stateram in manibus gestent. lances appen-
dant equo libramine. ut in omnibus que in causis agen-
da fuerint: presertim in precipiendis sententiis et feriendis
habeant pre oculis solum deum illius imitantes exemplum:
qui querelas populi tabernaculum ingressus ad dominum re-
ferebat. ut secundum eius imperium indicaret. per Innocen-
tium. concil. Lugd.

Dominica in palmis Sermo primus.

Hoc sentite in vobis quod
et in Christo Iesu. ad Phil. ij. Quando reges ter-
reni volunt bella aduersus inimicos subin-
trare. vestes regias solent deponere. ne ab hostibus co-
gnoscantur. et per alios occidantur. quia vita regum et principum
pre omnibus primo queritur ut occisus illis: populus illorum
dispergat et fugat. Quia legitur. iij. Reg. ij. et Hier. xxxij.
Cum rex Sedechias fuit captus per caldeos omnes bella-
tores eius qui erant cum eo sunt dispersi. in signum cum
reges capiunt et occidunt: eius subditi dispergunt. Quod
autem reges intrando bellum deponunt et mutant habitum.
habetur figuratum. iij. Regum. xxij. quod rex Israel vadens
ad plium contra Syrios mutauit habitum deponens. vi-
delicet regale ornamentum ascendens currum. et percussus est
sagitta inter stomachum et pulmonem et mortuus est vespere.
Serui autem sui reuersi sunt in domum suam. Ordinaue-
runt enim Syri ut solum regem Hierusalem interficerent. quod
facto plium fuit terminatum. Ad idem habes figuram de
Eodro rege. de quo super feria quarta Judica. sermone
ij. A. A. D. Spiritualiter dominus noster Iesus Christus est rex
regum et princeps regum terre. ut habet Apoc. j. Nec cum
vellet pugnam ingredi cum hoste generis humani depo-
suit vestes regias sue clarissime deitatis. et induit vestes
viles miserrime humanitatis. quia prophetatum fuit a deo
patre preordinatum quod electi de genere humano aliter li-
berari non possent. nisi dei filius qui erat et est ab eterno
pater coequalis se exinaniret. et forma serui acciperet. et
se vixit ad mortem crucis humiliaret. Quia dicit beatus
Augustinus libro. xij. de trinitate. et allegatur a magistro. lib.
iij. sentent. dist. xx. ca. j. Dicimus deum alium modum po-
tuisse habere ad nos redimendum: ex quo cuncta subia-
cent sue potestati. nostre tamen miserie sanande proueni-
entiorum alium modum non fuisse. Et subdit. Quid enim
mentes nostras tantum erigit. et ab imortalitatis despera-
tione liberat quod tanti nos deus reputauit. vixit dei filius
inmutabiliter bonus in se manens quod erat. et a no-
bis accipiens quod non erat. et dignatus nostrum inire
propter mala nostra moriendo perferret. quod d. certe nihil
Et addit magister. Est et alia ratio quare isto potius quam
alio modo liberare voluit. quia sic et iusticia. quasi dice-
ret non potentia superatur dyabolus. et de hoc modo pre-
sens tradit epistola: que dicit de Christo. qui cum in forma
dei esset non rapinam fecit. In quo duo tanguntur princi-
paliter per instructionem. Primo presumptio passionis do-
lorese. ibi. Hoc sentite. Secundo gloria exultationis gau-
diose. ibi. propter quod. Primo dico quod in hac epistola: con-
tumelia passionis: tangitur dolore cum dicitur. hoc senti-
te in vobis quod et in Iesu Christo. q. d. Sentite in vobis
compassionem quam pati debetis cum Christo in sua acer-
bissima et dolorosa passione. Vnde dicit Tenuis. Pro-
prium est delicati et puri corporis valde pati a superemi-
nente labore et dolore. Chastus enim purissimus atque de-
licatissimus habuit corpus eo quod naturalissimum nulla car-
nis vomite inquinatum. propterea amarissime sustinuit pas-
sionem. Et ideo dicit Remigius. omnes penas collectas in simul
corpales adhuc excellit et supradit pena Christi. Circa quod
ulterius notandum. Passio Christi fuit penalis et dolorosa. i-
curialis et ignominiosa. prouincialis et iniuriola. ut dicit
Wolcot. lec. xxvij. primo igitur fuit penalis et dolorosa. tum quia
passio eius fuit per totum corpus extensa. tum quia ad mortem ter-
minata. Id dixerunt impii Sap. ij. Nocte turpissima con-
denemus eum. fuit enim istud genus mortis longum et doloro-
sum nimis. in illud Augustinus de tri. Xoga enim morte cru-
ciabatur ligno suspensus. de ista dolorum magnitudine exclama-
uit Christus per prophetas Tre. j. Vos oes qui trahitis per viam atri-
dite et videte si est dolor sicut dolor meus. fuit et passio eius. id est do-
lorosa. quod ad mortem terminata. id est morte dei beati. in quodam
sermone. O bone Iesu quicquid tibi et morti nos delin-

mus. alia debuius. tu soluis. Nos peccauimus et tu
luis opus sine exemplo. gratia sine merito. charitas si-
ne modo. Secundo passio xpi fuit incurialis et ignomi-
niosa. et hoc ex quatuor. Primo ex genere. nam nullum ge-
nus supplicij magis ignominiosum fuit quam crucis. Iohannes
dicit Berni. O dñe Iesu quid dura et aspera per homines pas-
sus es. dira verba. duriora verbera. durissima et horren-
da crucis supplicia. Idem in quodam sermone dicit. La-
put angelicus tremebundum spiritaliter densitate spinarum
pungit. facies pulchra pre filijs hominum spiritus iudeorum de-
turpat. Oculi lucidiores sole caligant in morte. Aures que
audiunt angelicos cantus audiunt peccatorum insultus
Quod docet angelicos spiritus. felle et aceto potatur.
Pedes quorum scabellum adorant cruci clauis affiguntur
Manus que formauerunt celos. in cruce extense et affixe
sunt. Corpus verberatur. latus lancea perforatur. Quid
plura. Non remansit nisi lingua ut per peccatores exo-
raret. et matrem discipulo commendaret. Hec Berni. Et
b. Augu. de quatuor virtutibus cardinalibus. Filius inquit
dei ad crucem ducit. expalmas qui est vera palma victo-
ris spinis coronat qui peccatorum spinas venit confringe-
re ligatur qui soluit copeditos. suspendit qui erigit eu-
sos. Aceto potat fons vite. disciplina ceditur. salus vul-
nerat. vita moritur. occidit ad tempus mors vitam. ut im-
perpetuum a vita occidat mors. Secundo fuit ignomi-
niosa ex tempore. nam tunc temporis celebrauerunt iudei pascha
sua. et fuit sollemnissimum festum anni et maioris sanctita-
tis. et ideo maximus populus de iudeis confluerat ad ci-
uitatem. grauiter est enim affligi eo tempore quo alij homines ma-
gis gaudent quam quando est penitentie tempus quo etiam
alij affligunt. Quia dicit metrista. Gaudium est miseris
socios habere penarum. Iterum quid ad tempus. nam
in illo tempore a iudeis patitur quod eos ab egypto liberauit. Ite-
rillo die animam expirauit quod die animam inspirauit. Tercio ex
parte loci quia locus fuit altus in monte qui videri po-
tebat a longe. fuit etiam locus abominabilis. propter ca-
daveria mortuorum damnatorum. et propter ciuitatem ut ab omni-
bus videri possit. Quarto ex parte societatis. quia inter la-
trones. inter cognatos. et in praesentia matris. Tercio fuit
xpi passio iudicialis et iniuriosa. quia nec processum nec
legitime punitum ad mortem condemnauerunt. sicut de eis
per Dauid fuit prophetatum in psalmi. xxiij. Captabant in animam
iusti. et sanguinem innocentem proderant. Idcirco senti-
re debemus in nobis hoc per deuotam meditationem sue
amarissime passionis. sicut ex hoc docemur in quodam
exemplo quod legitur in gestis romanorum. Quidam rex pul-
crum habuit filiam quam multum dilexit. et regnum suum dedit
ei. Hoc audiens quidam tyrannus princeps venit ad
eam. et si ei presertim multa repromisit. Consentens igitur
ei ab eo fuit seducta. et ab hereditate repulsa. Quo
facto gemitus emittebat. et in via mendicans publice re-
sidebat. Una igitur die cum sic flendo sederet quidam
miles generosus iuxta eam equitauit vidensque eius pul-
chritudinem quid ei esset interrogauit. Cui illa. filia in-
quit regis sum unica. sed per quendam tyrannum deflorata
et regno sum priuata. Hoc audiens miles dicit. Si fi-
dem mihi dederis et me in sponsum accipis contra tyran-
num bellandum pergam. et regnum tuum tibi requiram. hac tamen co-
ditione interposita ut si in bello mortuus fuero arma mea
sanguinolenta totum custodies in signum memorie meae
amoris. Cuius hoc illa promitteret. contra tyrannum miles
cessit. et amputato eius capite ipsum superauit et heredita-
tem puellae recuperauit. In hac tamen pugna miles letale vul-
nus accepit. sicque consumauit cursum huius vite. Puella
vero per multos annos eius mortem deplorauit. et arma eius
in camera pendencia sepius visitauit et visis illis ama-
re fleuit. habito igitur regno multi nobiles ad eam ve-
niebant. et multa ei promittentes in vxorem petierunt. At
illa auditis eorum verbis antequam responsum daret camera
intrauit et diligenter insperit dicens. O dñe mi mortuus

es. per meo amore. hereditatemque meam mihi occiso hoste re-
donasti. absit hoc a me quam alteri vniquam consentire. Sicque
exiens dicit. Moraliter iste impator vel rex est pater ce-
lestis cuius imperio omnes obediunt creature. sicut te-
statur Sedulius libro. i. c. iij. dicit. Te duce difficilis non
est via. subdit omnis. Natura tuis imperijs ritusque so-
luto. Iste rex habet pulchram filiam. per quam intellige cu-
iuslibet fidelis animam que pulchra est ratione creationis
sicut testatur Hugo in soliloquio. de arra anime dicens. O
quod suauis et decora facta es anima mea. Et subdit. Quid
libi tantus vel talis ornatus valuit nisi quia ipse idem
qui te induit sponsam thalamo preparauit qui nouit quod
lis ornatus illud deceret opus. Et ideo dedit quod decuit
et quod tamen decuit ut et ipse hoc diligeret qui dedit sensi-
bus foris decoratum. intusque sapientia illustrauit. sensi-
bus quidem dat exteriori ornatum sapientie quasi exteri-
orem habitum. et quasi quasdam gemas fulgentes appen-
dens exteriori sapientiam quam quasi naturali pulchritudine
faciem tuam decorauit intus. et subdit. Ecce ornatus tuus
omni gemarum pulchritudinem vincit. Ecce facies tua omni
formarum superat decorem. Talem omnino esse decebat que ad
celestis sponsi thalamum introducenda fuerat. Hec ille.
Propter hanc pulchritudinem celestis sponsus percipiscet
eius speciem. sicut attestat Dauid in psalmi. xliij. Audi fi-
lia et vide et inclina aurem tuam. Et sequitur. Et percipiscet
rex decorem tuum. Ecce quod pulchra est amica mea dei filia
dummodo est in eius gratia. et non solum pulchra imo val-
de dilecta. sicut testatur idem doctor Hugo ubi supra
dicens. Multum dilecta es quando talis facta es. et mul-
tum gloriari poteris et multum custodire deberes ne tale
donum perderes. ne tale ornamentum fedares. et ne tantum deco-
rem corrumperes. Et similiter de dilectione tante filie
videlicet anime nostre dicit deus pater. Hierem. xxxj. In
charitate perpetua dilexi te. Vide o anima non solum es
pulchra et multum dilecta sed etiam de regno patris tui pre-
electa. de quo dicit Sapientia. v. Accipient regnum decoris
et dyadema spei de manu domini. Similiterque dicit
Robertus. holcot. lecti. lxx. Quando anima beata sanctum
obtinuit regimen super corpus gloriosum et subtile. agile
et impassibile. tunc erit anime gloriosum regere corpus
suum quod modo est valde tediosum. Quia dicit Sapientia. ix.
Corpus quod corrumpit aggrauat animam. et ideo regnum
anime super corpus erit tunc temporis regni decoris quam
anima humana subiecta erit voluntati dei. et corpus erit
voluntati anime subiectum. Et subdit Robertus. Re-
gnum celorum est decoris. et glorie in psalmi. cxliij. Glorie regni tui
dicet et. v. ibi. Gloria magnificet regni tui. et adat.
xj. Regnum celorum vim patitur. et violenti rapiunt illud.
Quod exponit Berni. in floribus libro. x. Quatuor sunt ge-
nera hominum regni celorum possidentium. Alii violententer ra-
piunt. alij ad illud compellunt. Rapiunt qui relinquunt omnia
et sequuntur christum. Sunt alij inferiores gradus a quibus me-
tunt carnalia dum seminant spiritualia. et dicunt mercatores
Sunt alij qui nonnulla bona occulte faciunt. et hi furari
dicunt. Quia laudem humanam vitantes solo diuino testi-
monio sunt contenti. Hi autem qui compellunt sunt pauperes qui
igne paupertatis purgantur domino disponente. De quibus dicit
compelle intrare. Compellunt enim varijs oppressionibus
et necessitatibus afflicti. hec Berni. Ecce quod anima summi re-
gis filia ad regnum decoris est electa. de hoc audiens prin-
ceps tyrannus dyabolus. qui Iohannes. xvj. dicit princeps hu-
ius mundi. Et fuit Gregorius. princeps tenebrarum venit et
multa promittit principaliter primis peccatis nostris quod dicit
Berni. iij. Eritis sicut dii scietes bonum et malum. et similiter no-
bis adhuc existentibus promittit multa ut longam vitam. diu-
turnam sanitatem. facilem persecutionem et gratiam. et sic de
alijs. ut ei consentiamus. quo facto decipit nos et polluit
animas nostras. ut quilibet dicere potest ad suam animam
cum Hugone li. Sel loq. Vide quicquid feceris anima
mea dereliquisti spiritum tuum. cum alienis. perstitisti amo-

Dominica

rem. corrupti virginitate tua. sedasti pulchritudinem
tuam. dispersisti ornamentum tuum tamulis et tam turpis
facta es. quod sponsi huius amplexibus digna amplius non
eris. hec ille. Iste inquam tyrannus dyabolus non solum
animas peccantium et sibi presentium polluit. sed etiam ab he-
reditate paradisi celestis repulit. Sicut figuratum fuit in
primo pente Adā de quo dicit Sedulius lib. ii. Expi-
lerat primogenitum sensissimus anguis. florigera de sede
sua. id est de hereditatione paradisi. propter quod filia summi re-
gis. id est genus humanum sedebat secus viam mendicans. si-
cut figurat Luc. xviii. de ceco in via sedente et mendica-
te. et non solum medicabat gratia dei videlicet quotidie ex-
pectando. sed etiam miserabiliter lacrimando. iuxta il-
lud ps. xvi. Laboravi in gemitu meo lauabo per singulas
noctes lectum meum lacrimis meis stratum meum rigabo.
Et tandem sic lugens sedebat quousque generosus miles
christus filius dei una die. quā vicem venit plenitudo temporis
ad Gal. iij. indueret se carne humanitatis. et pugnan-
do cum dyabolo filiam summi regis patris sui celestis libe-
raret. et sibi regnum celeste moriens in cruce redonaret. et
de hoc commemorat apostolus in epistola hodierna cum dicit. Qui
cum in forma dei esset. id est in plena essentia et equalitate dei
patris non rapinam arbitratus est esse se equalē deo. id est in
potestate. christus erat vere equalis patri per naturam. ideo non
erat illi in rapinā quod natura erat equalis. quia ad hoc erat
genitus ut esset equalis illi a quo genitus erat. dicit ma-
gister in glo. Et per hoc apostolus excludit errorem Arii qui
christum puram creaturam dixit. propter quod dicit Eusebius in
historia. miserabiliter mortuus fuit in constantinopoli. ut
patuit supra dicta Letare sermone. ii. **2^a** A. Cuius quod-
dam discipulus. ut dicitur in cronica arriana. tunc Anastasia
filius imperatoris in balneo duobus sagittis igneis perforatus
fuit. eo quod christum puram creaturam dixit. Cuius error per
Silvestrum papam et. ccc. et. xviii. patres condemnatus fu-
it tempe Constantini imperatoris. ut dicitur. xvi. disti. propter
quod non rapinam arbitratus est esse se equalē deo. sed semet-
ipsum exinanivit. id est maxime humiliavit. formam servi. id est
humanam naturam accipiens. nec tamen propter hoc formam
divinam amittens forma servi accessit. sed non forma dei
decessit. In similitudinem hominis factus est. Glo. quoniam ad
naturam passibilem non quoniam ad culpam. et in habitu in-
uentus ut homo. id est sua puerfatione. quia inter homines
dixit communem vitam. iuxta illud Baruch. iij. In terris
visus est et cum hominibus conuersatus est. Humiliavit in-
quit semetipsum formam servi accipiens. factus obediens
et non solum quo ad paucitatem et verbera. sed etiam usque ad
mortem et non ad quācumque sed ad mortem crucis stem-
pissimam. Ecce qualiter ille miles generosus christus Je-
sus venit assumens arma humanitatis. et pugnans cum
tyrāno suggestore iniquitatis. et filiam summi regis in
possessionem introduxit regni. Ideo dicit deuotus do-
ctor Hugo in Solilo. de arra anime ad animam suam.
Humiliari dignatus est cum te repararet. ut enim te re-
lenaret illuc unde cecideras. ipse dignatus est descende-
re ubi iacebas. et tibi iuste redderetur quod perdidie-
ras. ipse dignatus est pro te pati quod per peccatum tunc
eras. Descendit ergo: suscepit: sustinuit: vicit: restaura-
uit. Descendit ad mortalem. suscepit mortalitatem. Su-
stinuit passionem: restaurauit hominem. Et infra. Abie-
ras ergo et perieras. quia in peccatis tuis venudata fu-
eras. Abijt ille post te et redemit te. et tantum dilexit te ut
sanguis sui precium appenderet pro te. talis pacto redu-
xit te de exilio. et redemit de seruitute. et hoc etiam innui-
tur in exemplo predicto. ubi dictum est quod miles ille acce-
pit vulnus letale. quia de christo dicitur Esa. lviij. Ipse vul-
neratus est propter iniquitates nostras. et attritus est. propter
peccata nostra cuius liuore sanati sumus. Ideo debet
anima cuiuslibet hominis toto tempore vite sue mortem
christi deplagere ad instar illius puelle. et arma sue passio-
nis ad cameram sui cordis portare. et ea frequenter aspi-

cere. Quia christus cubbet militi suo spirituali. id est homini con-
tulit illa arma. Dicit enim Robertus bolcoet sec. cxxij. quod
reges iuuenes et principes consueverunt militare in ar-
mis ignotis. nec in istis que postea debent deferre. Quā-
autem tales principes exercituum in talibus armis dimittunt: et
victoria gaudent. tunc solent dare alicui armigero arma
illa consecrando eum in militem. et illud cedit ad honorem
illi armigero quod possit portare arma domini sui quibus usus
est in sua militia iuuenili. Moraliter dominus noster filius dei
Jesus christus militauit in cruce. arma habuit de argen-
to et bysso carnis sue rosas rubeas distincta quod sunt vul-
nera impressa corpori suo sacro. Princeps autem christus
iste ludum talium armorum in sua resurrectione dimisit. quia
christus resurgens ex mortuis iam non moritur. quia
mors illi ultra non dominabitur. ad Romanos. vi. Sed ho-
mini christiano tanquam armigero multum dilecto contu-
lit illa. et militem illum fecit per apostolum. ii. Thimo. ii. La-
bora sicut bonus miles christi. Et honorificum debet esse
homini multum. quia cogitare et portare valet arma christi
exemplo apostoli qui gloriabatur istis armis. Gal. vi.
Stigmata domini nostri Jesu christi in corpore meo por-
to. Et non solum ista arma portauit. sed ad ea portandum
nos hortatus est. i. Cor. vi. Empti estis pretio magno
in christi sanguine pretioso. glorificate et portate dominum no-
strum Jesum christum in corde vestro. Sed est valde
notabile illud quod ad hanc puellam per militem rede-
ptam: multi nobiles venerunt: et ea in uxorem petierunt.
Sed per nobiles moraliter intelliguntur demones. quia
nobiles sunt. propter subtilitatem nature. Dicit enim ma-
gister lib. ii. dist. vii. c. vi. Licet mali angeli per maliciam ita
sint obstinati. viuaci tamen sensu. id est subtilitate inge-
nij non penitus sunt priuati. Et allegat ibidem Hieronymus
de summo bono libro. i. c. x. dicentem. Triplici acumine
scientie vigent demones. scilicet subtilitate nature. expe-
rientia temporum. et reuelatione supernorum spirituum angelo-
rum. Isti igitur non contenti quod ante christi passionem quod
si totum mundum sibi subiugauerunt. et filias summi re-
gis. scilicet animas hominum desolauerunt et regno celesti priua-
uerunt. sed adhuc quotidie veniunt. et animam cuiuslibet
hominis christi sanguine redemptam in uxorem petunt
nunc per suggestionem supbie. nunc luxuriose: et sic de
alijs. Cum igitur sic temptant te ducere in uxorem seu
accipe. intra in cameram cordis tui. et per deuotam medita-
tionem intueri arma christi. propter te mortuum. et tunc ei non
presentes. Quia dicit Gregorius. Nullum adeo resistit iaculis
dyabolice suggestionis quod frequens meditatio divine
passionis. Et b. Ambrosius in exa. dicit. folia mori super-
iactata serpenti ipsum interimunt. Et folia mori ut dicit
Anselmus li. iij. c. xlix. sunt exempla crucifixi que omnem ser-
pentem. id est dyaboli suggestionem interimunt. Si autem
temptaris auaricia. considera crucifixi paupertatem et mi-
ditatem. Si de supbia obijce eius humilitatem. Si de lu-
xuria corporis penam eius acerbitate. Et sic extinguit
omnis temptatio. Et hoc figuratum fuit in serpente eneo
in deserto exaltato. cuius aspectus a venenosis morsibus
serpentum liberauit. Num. xxi. Sic liberatus fuit ille
a temptatione demonis de quo legitur. Erat quidam re-
ligiosus vir qui grauiter temptabatur de peccato carnis. tan-
dem videns se non posse resistere venit ad imaginem cru-
cifixi ad quam sepe venerat: rogans christum ut eum libera-
ret ab hac temptatione dicens. nisi eum cito liberaret. de-
missis vestibus religiosis ad seculum rediret et suam concupi-
scentiam satiare. Nec igitur cum dixisset. nocte sequen-
ti grauissime est temptatus. Sed mane cum flexis geni-
bus dixit. Ecce vestes tue ex quo tu non vis me iurare.
Sicque posuit eas ante pedes christi crucifixi. Tunc cru-
cifixus vocans eum nomine proprio dixit. Frater ac-
cipe vestes tuas. quia antequam te per hanc temptatio-
nem exire permitterem. potius iterum descenderem si
necessum esset et te liberando iterum mortem sustinerem. Luc

ditit frater. Dñe ex quo me vis inuare: prius mortē su-
stinerem anteq̃ te offenderem. et ita a temptatione libe-
ratus nunq̃ itaq̃ talem postea sentit carnis passionē.
Et tunc ad secundū tangitur gloria exaltationis. gau-
diose cum dicit. Propter quod et deus exaltauit illum
et. Vbi nota xps p suam humilitatē meruit exaltatio-
nē sibi quantū ad humanitatē. et nobis meruit redem-
ptionē. de quo loquit̃ magister li. iij. disti. xviij. c. iij. di.
Meruit enī mēbris redemptionē a peccato a dyabolo. a
pena et regni refectionē vt amota ignea rumphea li-
bere pateret introitus. vbi fin glo. p igneaz rumphea
intelligit gladiū versatilem. qui est quidam splendor q̃
si rota solis. vel ad litteram fuit aliqua virtus qua phi-
bitus fuit paradisi introitus quā hic vocat rumpheam.
Sic originale peccatū fuit causa. ppter quam nō potui-
mus ingredi paradysum celestem quod plene deletum
fuit in passione xpi. Et addit magister. Si meruit im-
passibilitatē. scz in aia. et immortalitatē. scz in corpe. sicut
ap̃lus dicit hic quē allegat magister. Chastus factus ē
p nobis obediens vsq̃ ad mortem et. vsq̃ quod ē su-
p omne nomen. vbi aperte dicit ap̃lus xpm ppter ea ex-
altatū per impassibilitatis gloriam. quia est humiliat⁹
per passionis obedientiaz. Et subdit. Humilitas ergo
passionis meritum fuit exaltationis. et exaltatio pre-
miū humilitatis. Et adducit magister Aug. qui expo-
nit ap̃lm di. vt xpus per resurrectionē clarificaret. p̃r
humiliatus est per passionem. humilitas claritatis est
meritū. claritas humilitatis est premiū. S; hoc totū. s.
humilitas et clarificatio factū est in forma serui. In for-
ma dei semp erit et fuit claritas. Ad idem etiam allegat
Amb. qui exponit ap̃lm. Quid et quantū hūilitas me-
reatur sic ostendit̃ his testimonijs enumeratis q̃ xps
per humilitatē et obedientiam passionis meruit clari-
ficationē corporis. nec illud solum sed impassibilitatem
anime. Anima enī ipsius ante mortem erat passibilis.
q̃ fm glo. tristitia et dolore erat grauata sicut caro mor-
talis. S; postq̃ merito hūilitatē aia impassibilis facta ē
et ipsa caro immortalē facta est. Et ē notandū. dicit vbi supra
mgr. c. iij. Xps nec tñ gloriā impassibilitatis et immor-
talis meruit. sed etiam nomen sibi donari quod ē su-
per oē nomen fm honorificentiā qd vocat deus. Hoc
tñ nomē aī mortē habuit. Et subdit. hoc est nomē dei
filij inquantū deus est ab eterno p naturā. Inquantū
vō homo factus est habuit ex tpe p gratiam q̃ non so-
lum dedit sibi nomen q̃ noietur et lit deus. sed etiaz in
noie eius omne genu flectat celestium terrestrium et in-
fernoz. De primo patet Apoc. v. vbi Iohes vidit vi-
ginti quatuor seniores qui ceciderunt coram agno can-
tantes canticū nouū dicentes. Dignus es dñe accipe
librum et apire signacula eius qm̃ oculus es et redemi-
sti nos dñe in sanguine tuo. Ecce q̃ celestia flectūt ge-
nua in noie Iesu. De secūdo patz de reli. et venera. lan-
cto. decet domū. li. vi. vbi dicit Greg. x. in psal. Lugd.
Nomen illd qd est sup omne nomen a q̃ aliud sibi celo
nō est datū hoibz in quo saluos fieri credentes oportet
at nomen vici Iesu xpi q̃ saluū faciat pplm suū a pec-
catis corz exhibitione reuerentie specialis attollant. Et
q̃ generaliter scribit̃ vt in noie Iesu omne genu flecta-
tur singuli singulariter in seipsis implentes p̃cipue dñi
agunt missaz sacra solennia glisum illud nomen qm̃
cunq̃ recolitur flectant genua cordis sui qd ex capitis
inclinatione testent̃. Et ex quodā registro papali habe-
tur. Quicūq̃ hoc mellissimū nomen Iesu audierit. et de
note geniculatus fuerit a Iohanne papa. xxiij. viginti
dies indulgētiā cū quibuscūq̃ diebz ab antiquo datis
obtinebit. De tercio legitur in quodā libello qui anul⁹
nuncupatur. pte. j. c. xj. In Merdeburgk ciuitate saxo-
nie p̃git tres socios iuuenes filios diuitū. ppter disco-
liam suam ad extremā inopiam deuenire. qui de p̃silio
cōmuni se cuidam nigromātico socerant. qui cū eis

ad quoddā cellarium periret. maleficiū suum et iura-
tiones suas faciens in quodā circulo. et subito ante me-
diam noctem lumen effulsi. cellariū ornat. thronus
paratur. Adest rex potentissimus cū magna ambitio-
ne et multitudine militū. Et querit rex. Quid velit magi-
ster et socij. At illi. Petunt diuitias: dicentes se suaz in
omnibus facere voluntatē. At rex. Cogitate octo die-
bus. si mihi homagiū facere velitis. et chastum et matrē
eius abnegare. inuenietis in tali loco tantam pecuniā
quā infra octo dies expendetis. postea deliberantes re-
dire poteritis. Et dixerunt. Placet nobis hec sententiā.
et dñm hec fecerunt. rex surgens deposita corona ado-
rat. et postea resedit incepta psequens. plus plus iterū
surgit inclinans nō tamen adorat. Stupent omnes. ad-
iurat magister regem et querit quare ita fecerit. Post al-
terationē longam dicit rex. Plebanus sancti Iohānis
cum corpore christi saluatoris mundi transiit et infirmū
visitat. et illum oportet me honorare. quia scriptum est.
In noie Iesu omne genu flectatur et. Et redeunte sa-
cerdote sine corpe chasti. ppter dignitatem officij me in-
clinare oportebat nō tamen adorare. Audientes hoc
illi penitentia egerunt nō reuertentes: sed vitam mu-
tauerūt. quoz vnus ordinem p̃dicatoz intrauit. Mo-
raliter sic xpus per suam humilitatē et obedientia me-
ruit sibi tantam exaltationē. Sic simili modo et nos si
volumus post ipm exaltari necesse habemus nos hic
humiliare et obedientia tenere. Nam de hūilitate ha-
betur Iudith. ij. Mūles exaltati sunt. Et Luc. j. De-
posuit potentes de sede et exaltauit humiles. Item Pe-
trus dicit. j. Cano. c. v. Humiliamini sub potēti manu
dei vt exaltet vos in die visitatiōis. De obedientia ha-
bet̃ Iob. v. vbi dī de xpo. Factus est obtemperans.
id est obedientibz sibi causa salutis eterne. ad quā nos
perducatur et.

De eadem dñica in palmis.

Purima autem turba

strauerūt vestimenta sua in via. alij aut cede-
bant ramos de arboribz et sternerant in via. **Matth. xxi.** Marrat de quodā bistrione qui paruum
equū habebat cū q̃ frequēter corā hoibz in aula ludebat.
q̃ inter alios ludos q̃s equū suū docuerat: instruit eū
q̃ quicūq̃ dixit flectamus genua. sibi equus obediret
et genu flecteret. qm̃ aut diceret leuate. surgeret. Con-
tingit aut q̃ menestralis. i. bistrion iste accedēs ad quod-
dā festū cuiusdā dñi: equū suū cū equis alioz hospitiū
collocauit. Cū aut hoies comedissent iste menestralis
morabatur et occubabat sicut debuit circa ludū suū in au-
la. scz er gaugklet. Et interim iuit qdaz armiger ad sta-
bulū: et videns equū menestrali rotundū et pingue. re-
liquit ibi equū suū et ascendit equū menestrali et recessit
et cito post innotuit negociū menestrallo. q̃ relictis oibz
cucurrit: et insecutus est illū armigerū. Qui videns q̃
fere eum attigerat. temptauit transire quandā aquam
quam nullus poterat pernatere. Videns autē bistrion
q̃ erat in periculo perdendi equum: equo existente in
medio fluminis clamauit foriter flectam⁹ genua. sta-
timq̃ equus audita voce dñi: flectit genua. et armigerū
piccit in aquā. et surgens rediit ad dñm suū. Moralit̃
p menestrali q̃ ludit et decipit hoies mūdus intelligit̃
qui semp nos decipit: q̃ nihil verū pmittit. Ideo dicit
hiero. in epla. Si mundus cultrillo veritatis aperitur
nihil in eo nisi fallitas reperitur. Sed equus cū q̃ mun-
dus ludit ē honor tēpalis. de quo in ps. xxiij. fallax
equus ad salutē. vbi dicit glo. Iste equus fallax: est glā
mundi. cui cū insidet hō inuehit in ea: p̃fidit sicut cō-
fidit mules in velocitate et virtute equi. multotiens cor-
ruens decipit eum. ppter qd dicit̃ Esa. lxx. De qui de-